



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

12 Constitutiones laicorum contradicentes canonibus non sunt servandae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

lonis, haud servari possit, non ligat clericos, quia illius difficultas impossibilitati æquiparatur, *cap. brevi. de iure iur. & Felin. in ead. c. Ecclesia s. Mariae. num. 86.*

Et, eum iuramentum prædictum non concernat bona temporalia tantum, sed comprehendat etiam personas, id est à clericis in foro seculari servari non debet. *Abb. in d. c. quod clericu. num. 11. in fine, & numer. 23. de for. comp. & in cap. postulasti. num. 15. eod. tit. cum personam subijcere non possint laicis sibi inferioribus contra naturalem rationem, quod inferiores iudicent superiores, cap. inferior. 21. distin. cap. cum inferior. & ibi Abb. in princ. & num. 1. 12. de maior. & obed. Præterea non solum iuramentum litis decisivum sub dicta forma clericus coram iudice laico præstare minimè tenetur, sed nec aliud quodcumque iuramentum de calumnia præstare debet, sine licentia sui Episcopi, aut alterius ecclesiastici legitimi superioris. *Bar. in l. cum clericu. c. de Episc. & cleric. Innocent. in cap. 1. nu. 1. & 2. de iur. calum. & ibi Abb. num. 17. Bald. in l. quoniam liberi, num. 4. c. eod. tit. & Spec. de test. num. 36. lib. 1.**

Nec superior licentiam jurandi tribuere potest, nisi secundum juris dispositionem, quæ non admittit, quod coram laico clericus testimonium dicere debeat, & tunc in manibus Episcopi, vel Vicarij, aut alterius personæ ecclesiasticæ ab Episcopo delegatæ præstari debet, *c. quamquam, ubi etiam gloss. penult. & fin. & archidiacon. 14. quest. 2. ultra quod colligitur, Principis intentionem non fuisse ligare clericos, cum iurantes teneantur facere fisco seculari donationem in eventum perjurij de quadam pecuniarum summa, pro qua executio realis, & personalis*

absque processu fieri possit, cum clerici personam foro laicali subijcere non possint ex supra deductis. Principum enim decreta, ubi canonibus contradicunt, non sunt servanda. *cap. 1. de nov. op. num. Abb. in c. in presentia. num. 28. vers. hoc etiam expresse. de prob. & Alex. in l. etiam filios. num. 4. in fin. ff. soluto matr.*

Nam semper Principum decreta debent intelligi, salvo iure, & citra injuriam, & præjudicium tertij, *l. 2. §. si quis quod, & §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publ. Jas. in l. fin. num. 19. & 20. ff. de const. princ. & Orlisc. decis. 90. num. 11.*

Præmissa sic corroborantur privilegio, quod habent clerici, ne cogi possint satisfacere creditoribus, nisi deducto ne egeant, *gloss. in cap. studeant in ver. ut tale. 50. dist. & Abb. in cap. veniens, num. 4. de transact. gloss. & Bart. in l. miles. num. 3. & Jas. n. 12. ff. de re jud. reprobata opinione Pauli de Castro, & Mathefil. contrarium tenentium, hancque esse communem opinionem testatur Covarr. in lib. 2. var. resolut. cap. 1. num. 49. post princ. quia, licet debitor creditori satisfacere non valens, ut à carceribus liberetur, bonis cedere possit, *l. 1. & ibi Paul. de Cast. nu. 1. & 2.**

*C. qui bon. cedere poss. tamen clericus à bonis cedere non tenetur, nec pro are alieno potest carcerari, sed cautionem idoneam de satisfaciendo creditori, si ad pinguiorem devenit fortunam, præstare tenetur. cap. Odoardus, & ibi Abb. nu. 8. de solu. & in defectum cautionis, quod illam præstare non possit, cautio juratoria illi est admittenda, cap. per v. frat. §. cum ergo & ibi gl. in ver. quam potest de don. inter vir. & uxor. & gl. in d. cap. Odoardus. in ver. idonea. Et hæc conclusio regulariter proce-*